Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

recinxit plorando. Aug. Hanc autem de predicta negatione sua petro non solum iohannes sed et ceteri tres commemorant. non sane omnes ex una eademque occasione sermonis ad eam commemorandam venerunt. Nam matheus et marcus eam subnectunt postquam dominus egressus est ex illa domo ubi manducaverat pascha. Lucas vero et iohannes antequam inde esset egressus. Sed facile possumus intelligere aut illos duos eam recapitulando posuisse: aut istos preoccupando. Sed magis movet quod tam diversa non tantum verba sed et sententias domini premittunt. quibus permotus petrus: illam presumptionem proferret cum domino vel pro domino moriendi. ut magis cogant intelligi ter eum expressisse presumptionem suam diversis locis sermonis christi. et ter illi a domino responsum. quod eum esset ante galli cantum ter negaturus. Aug.

Et ait discipulis suis. Non turbetur cor vestrum: Creditis in deum: et in me credite. In domo patris mei mansiones multe

Ne discipuli mortem christi tamquam homines timerent et ideo turbarentur: consolatur eos et deum se esse contestans. unde dicit. Et ait discipulis suis. non turbetur cor vestrum creditis in deum et in me credite. Quasi dicat. consequens est si in deum creditis: ut in me credere debeatis. quod non esset consequens: si christus non esset deus. Mortem metuitis huic forme servi. non turbetur cor vestrum: suscitabit illam forma dei. Crisostomus. Ea est que in me est fides et in patrem qui genuit: potentior est his que supervenient. et nichil contra

sunt. Si quo minus dixissem vobis: quia vado parare vobis locum. Et si abiero et preparavero vobis locum iterum venio et accipiam vos ad me ipsum: ut ubi ego sum: et vos sitis. Et quo ego vado

eam poterit prevalere difficilium. Hic est modo divinitatis virtutem ostendit: quia ea que in corde versabant dicat in medium. dicens. Non turbetur cor vestrum. Aug. Quia granditer sibi metuebant discipuli cum petro audaciore et fidentiore ac priore. Non cantabit gallus donec me ter neges: subiunxit. In domo patris mei mansiones multe sunt. per quod a turbatione redierunt certi ac fidentes et post pericula temptationum se apud deum cum christo esse mansuros. Quia et si alius est alio fortior: sapientior: iustior: sanctior: nullus alienabitur ab illa domo. ubi mansionem pro suo quisque accepturus est merito. Denarius quidem equalis est omnibus: quem paterfamilias eis qui operati sunt in vinea iubet dari. Quo utique denario vita significatur eterna. ubi amplius alio nemo vivit: quoniam vivendi non est diversitas in eternitate mansiva. sed multe mansiones diversas meritorum in una eterna